



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

92. An Episcopi extra Dioecesim possint eligere confessarium, non approbatu(m) ab Ordinario: & quid de Prælatus Regulariu[m]? Idem est dicendu[m] de quolibet Regulari habenti licentia[m] eligendi ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

ditur privilegium Prælatorum, de quo loquimur, quia ut clausum in corpore iuris censetur ius commune.

6. Restat modò respondere ad argumenta Peregrini. Dico igitur quòd non est verum quod dicit Peregrinus ad infringendum argumentum, quòd aduersus illum adduxeram, loco citato, nempe renunciationem non esse stricti iuris, & idèd interpretandam, ut eius verba sonant, non est inquam hoc verum, quia, ut Doctores citati asserunt, totum contrarium dicendum est, nempe renunciationem esse stricti iuris, & in ea faciendam esse strictissimam interpretationem, ut minùs noceat renuncianti, & ita præter Doctores citatos docet Decius *conf. 352. numero 7. Decianus conf. 45. num. 11. volum. 2. Surdus conf. 431. numer. 20. volum. 3. Menochius conf. 286. numero 8. & 9. volum. 3. & alij penes ipsos. Ad id verò quòd in decreto apponitur illa particula, quocumque Privilegio, quæ est collectiva habens effectum importantem vniuersitatem: respondeo intelligendam esse de quocumque privilegio, quod sub nomine privilegij, potest includi, quod non accidit in casu nostro, ut probatum est. Ergo, &c. Ad illud verò, quòd Prælati scientes habere hoc privilegium, & illud non excipiendo, idèd renunciauerunt, assero satis excepsisse, dum in specie de illo mentionem non fecerunt: nam cum renunciauerunt simpliciter quibuscumque privilegijs, sciebant hoc Privilegium in dictis verbis non includi, cum sub nomine privilegij, non veniat tanquam in corpore iuris inclusum. Et tandem ad aliud argumentum quòd ratio, quæ mouit Capitulum generale ad renunciandum privilegijs, multò magis procedit in Prælati, quàm in subditis. Respondeo primò, cum renunciatio ex ipsomet Peregrino sit spontanea refutatio, Patres in illo capitulo voluerunt renunciare privilegijs quo ad subditos, non autem quoad Prælatos. Vel secundò respondeo esse, disparè rationem in hoc casu inter subditos, & Prælatos, ut supra probatum est; remanet igitur satis firmata nostra sententia, nempe in dicto decreto non esse inclusos Prælatos nostræ Religionis quoad priuilegij. *cap. ne pro dilatione, de pæn. & remission.**

RESOL. XCII.

An Episcopi extra Diocesim possint eligere Confessarium non approbatum ab Ordinario: & quid de Prælati Regularium?

Idem esse dicendum de quolibet Regulari habenti licentiam eligendi Confessarium?

Et an Prepositi nostræ Religionis possint dare licentiam, ut Sacerdotes simplices audiant aliquando confessiones Fratrum?

Et an in administrandis, & recipiendis Sacramentis necessarius ad salutem semper ruitores opiniones amplecti debeamus, extra opinionem, quæ versatur circa materiam, & formam Sacramentorum?

Et docetur, quòd non solum error communis, sed etiam probabilis Doctorem opinio, efficit, ut Ecclesia de iurisdictionem, etiam si opinio illa sit falsa, ut si probabile sit, talem posse absoluerè à reseruatis, vel censuris, vel assistere matrimonio, excommunicare, eligere Confessarium, &c. Ex p. 3. tr. 2. Ref. 3.

Sup. hoc inf. §. 1. **Q**uoad primum Suarez ubi infra, notat, in Ref. 97. §. Tertio argumentatur, cursum pt. & in to. 1. u. Romæ fuisse hanc questionem excitatam & venturam in quadam congregatione, cui decem Cardinales interfuerunt; & diuisos fuisse in diuersas sententias, quinque enim illorum affirmabant, &

quinque negabant. Prima ergo sententia affirmatiua, quam nouissimè tenet Villalobos in *summ. tom. 1. tractat. 9. diffic. 55. numero 4. Ioan. Valerius in diff. vir. fori, ver. iurisdictionis, diff. 14. numero 2. Cortolanus de cas. referu. part. 1. sect. 1. artic. 21. numero 4. & alij. Nam cur non poterit Episcopus Sacerdotem sibi non subditum ad se constituendum per hanc electionem approbare, sicut potest illum approbare pro auctoritate ouibus suis? Deinde Concilium Tridentinum *sess. 23. de reform. cap. 15. in illis verbis, Non obstantibus privilegijs, &c.* non derogat privilegijs in corpore iuris insertis. Neque enim per clausulam generaliter privilegium in iure inserto derogatur, ut est regula Canonistarum, quam tradit Decius *consil. 165. & nos supra satis probauimus. His tamen non obstantibus.**

2. Secunda sententia negat; & ita decreuit Gregorius XIII. & ita docent Riccius in *praxi tom. 1. resol. 470. numero 2. Graffius tom. 2. lib. 5. consil. 4. de pæn. & remission. 13. Alphonsus de Leone tract. de Iubileo, part. 1. quest. 9. numero 28. Faustus de Iubileo, lib. 4. quest. 73. Azorius tom. 2. lib. 4. cap. 3. quest. 16. Armandariz in addit. ad recap. leg. N. numer. lib. 1. tit. 18. leg. 7. numero 54. Barbosa in collect. tom. 2. lib. 5. tit. 38. cap. 16. numero 4. Fillucius tom. 2. tractat. 7. cap. 9. numero 256. Suarez in 3. part. tom. 4. disput. 28. sect. 4. numero 2. Megala in 3. part. lib. 1. cap. 10. numero 18. Molfesius in *summ. tom. 1. tract. 7. cap. 15. numero 34. & alij. Quia Concilium verè & propriè non derogat Episcoporum privilegio, quia privilegium expressè dicit, ut possint eligere Sacerdotem idoneum, & hoc illis integrum manet, neque Concilium illud in totum, vel in partem abstulit, sed solum ex parte Confessoris poluit conditionem necessariam, ut idoneus sit, nempe approbatus ab Ordinario; & hæc conditio vniuersaliter apposita est respectu omnium sæcularium, inter quos Episcopi continentur.**

3. Quoad verò Prælatos Regulares certum est, Concilium Tridentinum nihil inuouasse, nam solum loquitur de confessionibus sæcularium, & ad has approbationes Episcoporum in Confessarijs requirit, tam sæcularibus, quàm Regularibus. Igitur Prælati Regularis, vel quilibet Regularis, habens licentiam eligendi Confessarium, possunt eligere sibi in Confessarium quemlibet Sacerdotem, etiam si ab Episcopo non fuerit approbatus, & ita docet Portius in *dub. Regul. verb. Confessor. erga Regulares, num. 14. Fagundez præcept. 2. lib. 7. cap. 2. numero 3. 4. & 5. Suarez tom. 4. disput. 28. sect. 4. numero 5. Navar. in manuali, cap. 4. numero 2. Coninch. de Sacrament. disput. 8. dub. 7. num. 48. Zerola in praxi pæn. cap. 15. quest. 2. §. Dico quarto. Reginald. tom. 1. lib. 1. cap. 5. numero 41. cap. 15. num. 175. & lib. 8. cap. 3. sect. 4. num. 36. cum alijs communiter. Quòd verò Prælati Regularis possint eligere quemlibet Sacerdotem sibi in Confessarium, patet ex *cap. ne pro dilatione, de pæn. & remiss.* & tradunt communiter DD. & nos dicemus infra.*

4. Ex his infero contra Peregrinum in *commun. ad nostras constitut. part. 1. cap. 5. lit. c.* Prepositum nostræ Religionis posse confiteri simpliciter Sacerdoti nostræ Religionis, etiam si non sit admittus ad audiendas confessiones à nostro Patre Generali, quia, ut dictum est, habet potestatem, ex dicto *cap. ne pro dilatione, &c.* eligendi pro Confessario quemlibet Sacerdotem, & Concilium Tridentinum nihil inuouat quoad Regulares; ergo, &c. Vnde ex multis alijs rationibus hanc opinionem post hæc scripta inueni contra Peregrinum docere etiam ex nostris P. Leon. *de offic. & potest. confess. tom. 2. recollect. 6. numero 92.* Et

Et dato, sed non concessio, quod contraria opinio est probabilis, displicet mihi id, quod asserit dicitur Peregrinus, nempe esse sequendam tanquam tutiorem, & quod in administrandis, & recipiendis Sacramentis necessarius ad salutem semper tutiores opiniones amplecti debeamus; quia obligatio charitatis, qua tenemur providere proximo de remedio, postulat, ut illa provideamus remedia, quae sunt absque periculo, quando possumus id absque detrimento; ergo qui minus tutam opinionem amplecteretur, non satisfaceret huic obligationi. Præterea sic est uniuersalis usus Ecclesiae. Ita Peregrinus.

5. Sed si hæc doctrina esset vera ita absolute prolata, mundus scrupulis implicaretur, & vae vae Confessariis, & poenitentibus non est igitur admittenda in casu nostro. Nam quando sunt opiniones probabiles circa jurisdictionem Sacerdotis ad confessiones audiendas, potest Sacramentum ministrari secundum opinionem probabilem, relicta probabiliori: scilicet autem si opiniones versarentur circa materiam, & formam Sacramenti, nam tunc tutior opinio est sequenda, & in hoc casu loquuntur Doctores, quos citat peregrinus. Et ratio nostrae sententiae est, quia probabilis opinio confert Sacerdoti jurisdictionem, & sic nulli periculo poenitens exponitur. Vnde cessat ratio Peregrini. Adde quod semper poenitens se accusat de aliquo veniali, & cum simplex Sacerdos super venialia iurisdictionem habeat, absolvens propter opinionem probabilem semper gratiam casualitatis, & sic poenitenti nulla irrogabitur iniuria. Et ita hanc nostram sententiam tenet Granado in 1. 2. D. Thom. controuers. 12. tractat. 12. d. sp. 4. sect. 4. numero 38. Suarez tom. 4. disput. 26. sect. 6. numero 7. & 8. Martinez in 1. 2. D. Thom. tom. 1. quest. 19. artic. 6. dub. 6. conclus. 7. Malderus in 1. 2. D. Thom. quest. 19. artic. 5. disput. 867. Salas de legibus disput. 12. sect. 6. numero 24. Valquez in 1. 2. tom. 1. disp. 156. num. 27. Henriquez lib. 2. de poenit. cap. 14. n. 3. & 4. Sanchez de matrim. tom. 1. lib. 3. disp. 22. n. 65. & alij. Quidquid in contrarium asserat Nugnus in 3. p. tom. 2. q. 8. art. 5. dub. 3.

6. Vnde non grauabor hic apponere verba Henrici Villalobos in summ. tom. 1. tract. 1. diff. 13. numero 5. sic asserens. [Hæc de advertit aqui grandamente, que si de hecho de verdad falta la materia, & forma del Sacramento, aunque aya opinion, que diga, que lo es, la que se pone, no se haze Sacramentum, & aunque todos los Doctores dixessen lo contrario; porque las materias, y formas de los Sacramentos son de derecho diuino, y no se pueden supplit por derecho humano, ni por opinion de Doctores, mas quando ay diuersas opiniones en cosa, que toca a jurisdiccion. v. g. como si se duda, si vn Clerigo puede assitir validamente al Sacramento del matrimonio, & no, & en el Sacramento de la penitencia se duda, si fue legitima la licencia que le dio a tal Sacerdote, & si el privilegio de la Bula esta reuocado en todos los casos dichos, & otros semejantes, que tocan a jurisdiccion, aunque de verdad la opinion, que dize, que no es legitimo ministro. sea verdadera, delante de Dios con todo esto, mientras la tal verdad esta escondida, y ay probable opinion de lo contrario, lo que el ministro en estos casos haze, es valido por razon del comun error, y el titulo presumpcto, que tiene de legitimo superior, y el defecto de la tal jurisdiccion, & licencia le puede suplir, y suple el derecho humano.] Ita Villalobos, & ante illum præter Doctores citatos, Lessius lib. 2. cap. 29. in dub. 8. numero 68. sic asserens. Non solùm error communis, sed etiam probabilis Doctorum opinio efficit, ut Ecclesia det jurisdictionem, etiam si opi-

nio illa sit falsa. Vt si probabile sit talem posse absolvere a reseruatis, vel censuris, vel assistere matrimonio, excommunicare, eligere Confessorem, privilegium non esse reuocatum, & similia, & ille ex hac opinione operetur, validum erit, Ecclesia supplente defectum, si forte subit. Sic Lessius. Ad vsum verò uniuersalem Ecclesiae, quem Peregrinus adducit, nescio quomodo possit illum probare, imò contrarium apparet ex communi DD. sententia, ut supra vilum est, & confessarij passim absolunt cum opinione probabili, etiam in casu in quo agitur de eorum jurisdictione.

7. Notandum est etiam hic obiter ex dictis, posse Praepositos nostrae Religionis dare licentiam, ut Sacerdotes simplices audiant aliquando confessiones Fratrum, quidquid in contrarium videatur sentire Peregrinus in compend. Privilieg. ver. absolutio quoad fratres, §. 2. in scholio, & ita aduersus dictam Peregrinum docet Leone in tractat. de offic. & potest. Confessar. tom. 2. recollect. 6. num. 97.

RESOL. XCIII.

An Vicarij Superiorum localium, & praesertim nostrae Religionis possint eligere Confessarium, etiam praesente Superiore, extra Religionem? Ex p. 6. tract. 8. & Misc. 3. Ref. 15.

§. 1. Gaudere solùm in absentia Superioris privilegio cap. finalis de Poenitent. tradidit cum aliquibus Doctoribus in part. 3. tractat. 2. resolut. 1. Sed notissimè nominatim contra me affirmatiuam sententiam docet Pasqualigo decis. 103. num. 2. quia praesente Superiore, sunt etiam ipsi verè Superiores.

Quae hic est sup. Ref. 90. in eius §. vii.

2. Secundò quia subrogatus in locum alterius fruitur iisdem privilegijs, quibus ipsè.

3. Sed his non obstantibus, ego iterum negatiuè sententiae adhaereo, & argumenta Pasqualigi procedunt absente Superiore; & quidem non video, quomodo potest admitti, quòd praesente Superiore in nostra Religione Vicarius dicatur Praelatus exemptus. Et ut verum fatear non parùm liberales sumus cum nostris Vicarijs, concedendo tantum contra Pasqualigum auctoritatem eligendi Confessarium, absente Praeposito, Nam Bordonus in Consilijs Regularium, resolut. 34. num. 30. docet dictos Vicarios, neque absente Superiore posse Confessarium eligere, & ad argumentum adductum à Pasqualigo, quòd subrogatus in locum alterius gaudet privilegijs subrogantis, responderè, illud axioma habere locum quando quis propriè subrogatur in locum non existens, & ita etiam in terminis casus nostri exponit hoc axioma Syluester Casuistarum Princeps, ver. Confessor. 1. num. 8. & contra sententiam Pasqualigi, præter Doctores à me vbi supra citatos, vide Faustum de Sacrament. Praepit. lib. 6. quest. 92. vbi docet Subpriorem licet alijs præferatur, praesente priore non posse eligere sibi Confessarium. Vide Scropham in 99. Regul. quest. 33. num. 2.

RESOL. XCIV.

An Guardiani, Priores, Praepositi, & Rectors Regularium possint illis præbere licentiam, ut eligant Confessorem extra Religionem?

Et notatur, quòd quando Regularis ex licentia, vel privilegio consentitur extra Religionem, non tenetur eligere confessarium ab Episcopo approbatum, sed suffi-